



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

13. De salute Dominici &c. Jubileum pro Christifidelibus Italiæ & Insularum adjacentium, Divinam opem implorantibus in præsentibus necessitatibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](#)

judicio, & extra ubique adhibeat, quae ipsi presentibus adhibetur, si forent exhibita, vel ostensa. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorē sub Annulo Piscatoris die xxiv. Novembris MDCCII. Pontificatus nostri Anno Secundo.

F. Oliverius.

Loco + Annuli Piscatoris.

CONCESSIO

XII.

Indulgentiarum Christifidelibus Italiæ, & Insularum adjacentium, Divinum auxilium implorantibus in presentibus Ecclesiæ necessitatibus.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Nuper Nos ad Divinam opem in presentibus Christianæ Reipublicæ urgentissimis necessitatibus implorandam in omnibus Alme Urbis nostræ Patriarchalibus, & Collegiatis, ac Parochialibus, & aliis quibusvis Secularium, & Regularium utriusque sexus Ecclesiæ campanam majorem per quindecim dies continuos à secunda Dominica Adventus proximè prateriti computandos, horâ secundâ noctis quotidie per spatiū octavæ partis horæ pulsari jussimus. Ac omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui durante sono campanæ hujusmodi flexis genibus, vel aliter, prout valuerint, quinques orationem Dominicam, & salutationem Angelicam devote recitassent, ac Divinam clementiam exorassent, ut Regibus, & Principibus Christianis pacem, & veram concordiam benignè largiri, necnon Catholicam Religionem & gravibus sibi imminentibus periculis, ac damnis pro sua immensâ bonitate imminentem servare dignaretur, singulis diebus, quibus id egissent, septem annos, & totidem quadragesimas de injunctis eis, aut alias quomodolibet debitis penitentiis in formâ Ecclesiæ consuetâ relaxavimus: insuper iisdem Christifidelibus, qui præmissa per integrum quindecim dierum hujusmodi curriculum peregrissent, ac in uno eorumdem quindecim diebus verè penitentes, & confessi, ac sacra Communione refecti, aliquam ex Ecclesiæ, seu Basilicæ Urbis prefatæ in honorem Beatisimæ Virginis Mariae dicatis itidem devote visitasset, divinamque clementiam ibidem similiter implorassent, plenariam omnium peccatorum suorum indulgientiam, & remissionem misericorditer in Domino concessimus.

S. 1. Nunc autem, ut iram Domini flagitiis hominum provocatam multiplicatis in dies Christianæ pietatis operibus placare studeamus, ac quod fideliter petimus, validiori conjuncturæ precum intercessione ab Omnipotenti Dei misericordia impetreremus, Divinum auxilium in universa Italia, & Insula illi adjacentibus parvissim invocari cupientes; Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, alisque Ecclesiarum Prælatis, & Ordinariis Civitatum, & Diœcœlium, Oppidorum, Terrarum, & locorum universæ Italæ, & Insularum illi adjacentium hujusmodi, seu eorum Vicariis in spiritualibus generalibus harum serie committimus, & mandamus, ut statim atque ipsarum præsentium literarum transumpta, seu exempla, etiam impressa, ad illos pervenerint, campanas quotidie pariter per quindecim dies continuos ab eis præfiniendos spatiō octavæ partis horæ in suorum respectivè Civitatum, & Diœcœlium, Op-

pidorum, Terrarum, & locorum tam Sacerdotalium, quam Regularium utriusque sexus Ecclesiæ pulsari mandent, ac Ecclesiæ, ut infra, visitandas designent, seti designari current; Nos enim omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus, qui durante sono campanarum hujusmodi quinques orationem Dominicam, & salutationem Angelicam pariter recitaverint, divinamque clementiam, ut supra, imploraverint, quocunq[ue] die id egerint, similem penitentiârū relaxationem. Illis verò, qui continuâ per diatos quindecim dies ejusmodi devotione in uno eorumdem quindecim dierum verè penitentes, & confessi, ac sacrâ Communione refecti, Ecclesiæ per memoratos Ordinarios, & Prælatos, seu eorum Vicarios respectivè, sive illorum justu designandas devotè visitaverint, ibique Divinam clementiam similiter imploraverint, plenariam itidem omnium peccatorum suorum indulgientiam, & remissionem concedimus pariter, & elargimur.

S. 2. Ceterum regularibus utriusque sexus in perpetuâ clausurâ viventibus, necnon aliis Christifidelibus præfatis in carcere, vel corporis infirmitate, aliove quolibet impedimento detentis, qui Ecclesiæ, ut præmititur; designandas, visitare nequivérint, ut ejusmodi visitationem Confessarii ex approbat, seu approbadis ab Ordinariis in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proximum tempus differre, eaque injungere possit, quæ ipsi penitentes adimplere poterunt, concedimus similiter, & indulgemus. Volumus autem, ut eaurundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitute munitis, eadem proflus fides in Judio, & extra habeatur, qua presentibus ipsis habetur, si forent exhibita, vel ostense. Datum Roma apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die iv. Januarii MDCCIII. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

F. Oliverius.

Anno à Nativitate D. N. Iesu Christi millesimo septingentesimo tertio, Inditio undecima, die verò 5. mensis Januarii, Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Clementis Divina Providentia Papa XI. anno tertio, supradicta litera affixa, & publicata fuerunt ad valvas Basilicarum Laterenensis, Principis Apostolorum, & S. Marie Majoris, in Monte Citorio, & in Aula Campi Flora de Urbe, aliisque locis solitis, & consuetis Urbis per me Thomam de Unionibus SS. D. N. Papæ Curs.

Pro D. Magist. Curs. Joannes Baptista de Capellis Apost. Curs.

JUBILEUM

XLIII.

Pro Christifidelibus Italæ, & Insularum adjacentium, Divinam opem implorantibus in presentibus necessitatibus.

CLEMENS PAPA XI.

Universis Christifidelibus presentes literas inspecturis salutem, & Apostolicam benedictionem.

DE salute Domini gregis curæ nostra divinitus commissi naternæ charitatis studio solliciti in-

Exordium.

ter

Christianæ
Reipublicæ
calamitates
narrat.

Et novissi-
mum Terra-
motus flagel-
lum, quo plu-
rima l'ca, &
ipsa Alma
Urbs concur-
sa fuere.

Plenissimam
Indulgen-
tiam & pec-
catorum re-
missionem
elargitur ad-
implentibus
opera, qua
præscribitur.

ter tot tantaque, quibus Christiana Respublica his calamitosissimis temporibus undequaque premitur, angustias, publicis pluries indistis precibus, ad sacram Misericordiarum Domini aram cum omni fiduciâ accedere non prætermisimus, supplici, devotaque humilitate flagitantes, ut clementissimus Dominus noster cordium contritorum holocausta in odorem suavitatis accipiens, fidelem populum ab iracundia sua terroribus liberaret, ac spem, quam in ejus ineffabili bonitate reponimus, optata tandem cumularet letitia tranquillitatis. Verum nondum oblitio Domino delicta populi sui, ac de peccatis nostris adhuc vindictam sumere meditante, cum nuperrime ejus vocem, quæ commota est, & contremuit terra, auribus nostris, sub potenti manu Dei humiliata, non remel audiverimus; hoc ipsum vero propter indignationem Domini exercitum, & propter diem ira furoris ejus evenisse probè agnoverimus, ac proinde Christifideles tam in Almâ Urbe nostra, quam in aliis quibusdam Status nostri Ecclesiastici, necnon Regii Neapolis Civitatibus & Dicæcibus, quas manus Domini propriè tetigit, degentes, opportunaque cœlestis opis auxilia flagrantissimo cordis affectu implorare cupientes, ad iram Dei, quæ flagitiis hominum assidue laceretur, per salutaris penitentiae lamenta, ac jejunitia & eleemosynas, sincerasque, & unanimes obsecrationes, atque orationes placandam, prolatis largâ manu Ecclesiæ thesauris, quorum dispensationem Nobis creditit Altissimus, iterum atque iterum excitare studuerimus; Id ipsum nunc, ut & reliqui quoque Christifideles Italiæ universæ, & Insularum illi adjacentium, scissi per veram penitentiam cordibus, ac austis per jejuniorum labores, & eleemosynarum largitiones viribus orationis, facere conmittantur, eos omnes, & singulos paternè adhortando, & monendos, eorumque pietatem, erogatis itidem amplissimis cœlestium gratiarum munibibus, incitandam, atque fovendam esse censuimus.

§. 1. Itaque de Omnipotenti Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, ex illa ligandi, & solvendi potestate, quam Nobis Dominus, licet indignis, consultit, omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus in universâ Italâ, & Insulis ei adjacentibus hujusmodi degentibus, qui Ecclesiæ ab Ordinariis Locorum, vel corum Vicariis, seu Officialibus, aut de eorum mandato, & ipsis defientibus, per eos, qui ibi curam animarum exercit, designandas, vel Ecclesiârum hujusmodi aliquam spatio duarum hebdomadarum à publicatione designationis per Ordinarios vel eorum Vicarios, seu Officialibus, vel alios, ut præfertur, facienda decursum, saltem semel devoûe visitaverint, ibique pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione per aliquod temporis spatium pias ad Deum preces effuderint, ac quartâ, & sexta feriis, & Sabbathô alterius ex prefatis hebdomadis jejunaverint, & peccata sua confessi, Sanctissimum Eucharistia Sacramentum Dominicâ immediate sequenti, vel alia die intra eamdem hebdomadam reverenter sumplerint, ac pauperibus aliquam eleemosynam, prout unicuique suggeret devotione, erogaverint, plenissimam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem, sicut in anno Jubilei visitantibus certas Ecclesiæ intra, & extra Urbem præfata constitutas concedi conseruent, tenore præsentium concedimus, & elargimur.

§. 2. Navigantes vero, & iter agentes, ut cum primùm ad sua sece domicilia reperirent, suprascriptis peractis, & visitata Ecclesia Cathedraли, vel Majore, aut Parochiali loci eorum domi-

cili, eamdem indulgentiam consequi possint, & valeant. Regularibus autem personis utriusque sexus, etiam in Claustris perpetuè degentibus, nec non aliis quibuscumque tam Laicis, quam Ecclesiasticis Sæcularibus, vel Regularibus etiam in carcere, aut captivitate existentibus, vel aliquâ corporis infirmitate, seu alio quocumque impedimento detentis, qui supra expressa, vel eorum aliqua præstare nequerint, ut illa Confessarius ex iam approbatâ locorum Ordinariis ante præsentium publicationem, seu approbadis, eis in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proximum tempus prorogare possit, eaque injungere, qua ipsi penitentes efficere poterunt, pariter concedimus, & indulgemus. Insuper præfatis omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus tam Latâ, quam Ecclesiasticis Sæcularibus, & Regularibus cuiuscumque Ordinariis, Congregationis, & Instituti in universâ Italâ, & Insulis ei adjacentibus prædictis, sicut præmittitur, degentibus, licentiam concedimus, & facultatem, ut sibi ad hunc effectum eligere possint quocumque Presbyterum Confessarium tam Sæcularem, quam cuiusvis Ordinis, & Instituti Regularem ex approbatâ ut præfertur, a locorum Ordinariis, qui eos ab excommunicatiâ, suspensioni, & aliis Ecclesiasticis sententiis, & censuris à jure, vel ab homine quavis causâ latis, seu infictis, necnon ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, & delictis quantumvis gravibus, & enormibus, etiam locorum Ordinariis, seu Nobis, & Sedi Apostolicâ etiam per literas die Cœne Domini legi solitas, & alias quacumque nostras, aut Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum Constitutiones, quarum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, quomodocumque reservatis, in foro conscientia, & hac vice tantum absolvere, & liberare valeat; & insuper vota quacumque (Religionis, & castitatis exceptis) in alia pia, & salutaria opera commutare, injunctâ tamen eis, & eorum culpæ in supradictis omnibus casibus penitentia fulaturi, aliusque ejusdem Confessarii arbitrio injungendis.

§. 3. Quapropter harum serie in virtute sanctæ obedientie distictè præcipimus atque mandamus Venerabilis Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, aliisque Ecclesiârum Prælatis, & quibuscumque Ordinariis Civitatum, & Dicæcium, Oppidorum, Terrarum, & locorum Italiae, & Insularum ei adjacentium hujusmodi, eorumque Vicariis, & Officialibus, vel iis defientibus, illis, qui curam animarum ibi exercit, ut cum primùm easdem presentes literas, sive illarum transumpta, seu exempla etiam impressa acceptiperint, illas, seu illa statim, & absque ullâ morâ, retardatione, vel impedimento per suas Ecclesiæ, & Dicæces, Provincias, Civitates, Oppida, Terras, & loca publicent, & publicari faciant, Ecclesiastique, seu Ecclesiæ visitandas designant. Non intendimus autem per præsentes super aliquâ irregularitate publicâ, vel occulta, notâ, defectu, incapacitate, seu inhabilitate quoquo modo contractâ dispensare, vel aliquam facultatem tribuere dispensandi, seu habilitandi; & in pristinum statum restituendi etiam in foro conscientia; neque easdem præsentes iis, qui à Nobis, & Apostolicâ Sede, vel ab aliquo Prælato, seu Iudice Ecclesiastico excommunicati, suspensi, vel interdicti, seu alias in sententias, & censuras incidisse declarati, vel publicè denunciati fuerint, nisi intra tempus dictarum duarum hebdomadarum satisficerint, aut cum Partibus concordaverint, ullo modo suffragari posse, aut debere.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, & ordinatione.

Explicat
opera à Na-
vagantibus,
Claustrali-
bus, Carce-
ratis, Capri-
vis, & Infrim-
mis adim-
plenda pro
consecratio-
ne Jubilei.

Facultatem
Confessariis
tribuit abol-
vendâ refer-
vatis, &
communitati
Vota, Reli-
gionis, &
Castitatis ex-
ceptis.

Jubileum
ubique pub-
licari man-
dat.

Declarat suf-
fragari non
debet ex-
communicati-
& publice
denunciatis.
nisi infra ter-
minum præ-
fixum sati-
ficerint.

Derogat
contraris
quibuscum-
que.

nationibus Apostolicis, præsertim illis, quibus facultas absolvendi in certis tunc expressi casibus ita Romano Pontifici pro tempore existenti reser-vatur, ut nec etiam similes, vel dissimiles Indul-gentiarum, & facultatum hujusmodi concessiones, nisi de illis expressa mentio, aut specialis deroga-tio sit, cuicunque suffragari queant; necongru-lla nostra de non concedendis Indulgencias ad ins-tar, ac quorumcumque Ordinum, & Congrega-tionum, seu Institutorum Regularium etiam jura-mento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; pri-vilegiis quoque, Indulis, & literis Apostolicis eisdem Ordinibus, Congregationibus, & Institu-tis, illorumque personis quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, speci-fica, expressa, & individua, non autem per clau-sulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia ex-quæsita forma ad hoc servanda foret, illorum te-nores præsentibus pro sufficienter expressis, ac for-mam in eis traditam pro servata habentes, hac vice specialiter, nominatim, & expresse ad effectum præmissum derogamus, ceterisque contrariis qui-buscumque. Ut autem præsentes nostræ literæ, qua ad singula loca deferri non possunt, ad om-nium notitiam facilitius deveniant, volumus, ut ca-reundem præsentium tranfumpcis, vel exemplis etiam impressis manu alicuius Notarii publici sub-scriptis, & sigillo persona in dignitate Ecclesiastica constituta munitis, eadem proflus fides habeatur, qua haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensa. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die x. Martii MDCCIII. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

F. Oliverius.

Anno à Nativitate D.N. Jesu Christi millesimo se-p-tingentesimo tertio, Indictione undecima, die vero 12. mensis Martii Pontificatus Sanctissimi in Chri-sto Patris, & D. N. D. Clementis Divina Provi-denția Papa XI. anno tertio supradicta litera affixa, & publicata fuerunt ad valvas Basilicarum Latera-nensis, Principis Apostolorum, & S. Maria Majoris, in Monte Citorario, & in Aie Campi Flora de Urbe, aliquæ locis solitis, & consuetis Urbis, per me Thomam de Unionibus Sanctissimi D.N. Papæ Curs. Pro D. Mag. Curf. Thomas Orlando.

XIV.

CONFIRMATIO

Quorundam Capitulorum cum deputatione Vicarii Generalis, & Definitorum, aliquæ Ordinationibus pro Ordine Sanctissimæ Trinitatis Re-demptionis Captivorum.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

R Edemptoris, & Domini Nostri Jesu Christi, qui charitas est, & Deus pacis, vices licet im-meriti, gerentes in terris, ea, qua inter Christifide-les quoquaque, & præsertim illos, qui Altissimi obsequiis sub suavi Religionis iugo mancipati sunt, religiosæ tranquillitatis stabiliendæ studio providè, prudenterque disposta, atque ordinata esse noscuntur, ut firma semper, atque inviolabilia permaneant Apostolici munimini nostri præ-diо, cum id à Nobis petitur, libenter corroboramus, & alias felici ipsorum Religiosorum sta-tu, regimini, & quieti providemus, sicut conspi-cimus in Domino salubriter expedire.

§. I. Exponi siquidem Nobis nuper fecerun-dilecti filii Franciscus Ruiz Ordinis Fratrum San-tissimæ Trinitatis Redemptoristæ Captivorum, & Clemens à Jesu Fratrum Discalceatorum Congre-gationi Gallicana ejusdem Ordinis Procuratores Generales, quod occasione variarum controver-siarum, quæ dicti Ordinis statutum, & religiosam quietem diu perturbarunt, ad majorem Dei gloriam, ac pro felici, prosperoque ipsius Ordinis regimine, & gubernio condita fuerunt nonnulla Capitula, per quæ videlicet ordinatur. Primo, ut Fra-tres omnium Provinciarum dicti Ordinis obser-vare promittant illius Constitutiones, & addi-tiones à fel. rec. Alexandro Papa VII. Prædec-eitore nostro approbatas, in iis tamen, quæ in-fracscriptis non adversantur; & casu, quo in proximè futuro Capitulo Generali ejusdem Or-dinis aliquid pro felici ipsius Ordinis gubernio statuendum sit, sive scilicet ampliando, sive de-clarando dictas Constitutiones, sive etiam ali-quam de novo condendo, possit id fieri acceden-te consensu majoris, & senioris partis Vocalium; Ita tamen, ut quod inibi statutum fuerit, nullam vim, nec efficaciam habeat, nisi prius ab hac S. Sede confirmatum fuerit. II. Elec-tio Ministrorum Generalis dicti Ordinis nunquam à so-lis quatuor antiquis Provinciis Galliæ, sed ab om-nibus Provinciis ipsius Ordinis fiat, sicut per pri-mitivas, & fundamentales ejusdem Ordinis leges in prima, & nona rec. mem. Innocentii III., ac decima Clementis IV. Romanorum Pontificum Prædecessorum pariter nostrorum literis sub plumbo expeditis, & prædictis ab Alexandro Prædec-eitore approbatis Constitutionibus contentas dis-ponitur, necnon anno MDCLXXXVII. à dicta Sede declaratum fuit. Porro quicunque dicti Ordinis Religiosus cuiuslibet Nationis in Ministrum Generalem ipsius Ordinis eligi possit, om-nelque Religiosi vocem activam, & passivam in electione hujusmodi habentes, vel habituri, ea, que in Constitutionibus, earumque additioni-bus prædictis ordinantur, semper observare de-beant. III. Idem observetur in Capitulis Genera-ibus correctivis, in quibus ea omnia, quæ in dictis Constitutionibus, & additionibus ordinantur, observanda sint. IV. Ministris, seu Superio-ribus localibus quatuor antiquarum Provinciarum Franciæ, Campaniæ, Normandiæ, & Picardia dicti Ordinis vox activa in Capitulis Generalibus minimè competit, prout nec competit Ministris, seu Superioribus localibus hujusmodi aliarum Provinciarum ejusdem Ordinis. V. Omnes Su-peiores locales sint triennales, & eorum elec-tiones fiant secundum dictas Constitutiones. VI. Dictum proximè futurum Capitulum Generale, quod erit electivum simul, & correctivum. Do-minicæ quartæ post Pascha Resurrectionis Do-minicæ anni proximè venturi MDCCIV. in Conventu Cervi Frigidii nuncupato dicti Ordinis celebretur, ibique agatur, num de cetero omnia Capitula Generalia electiva dicti Ordinis in eodem Conventu habenda sint; ejusmodi verò delibero per suffragia majoris partis Vocalium fieri, illiusque confirmatio à Sede prædicta obti-neri debeat: Præterea in eodem proximè futu-ro Capitulo Generali locus pro Capitulis Genera-ibus correctivis de sexennio in sexenium de-cetero celebrandis determinari possit, hujusque de-terminationis confirmatione à dicta Sede pariter obti-neri debeat. VII. Dicta Capitula Generalia correcti-va de sexennio in sexenium, quemadmodum per Constitutiones, & earum additiones prædictas declaratur, celebrentur, & in illis Procurator Ge-neralis (qui in hac Almâ Urbe residere tenebit) ac Definidores Generales dicti Ordinis ad sexen-nium tantum elegantur, eaque omnia, quæ in

fratres ob-servare pro-mittant ita-tura, & ad-di-tiones ab Alexan-dro VII. appro-va-tas.

Minister Ge-neralis Ordini-s ab omni-bus Provin-ciis eligitur, & quilibet Religiosus cuiusvis Na-tions ad id munus eli-gi posse.

Superiori-bus locali-bus quatuor Provin-ciis, argue etiam aliarum Provinciarum Ordinis vox activa in Ca-pitulis genera-ibus non competat.

Superiores locales fiant triennales.

Locus deter-minetur pro Capitulis Generalibus elec-tivis, & corre-ctivis.

Capitula Ge-neralia cor-rectiva de sexennio in sexenium celebrentur, & in eis Pro-curator Ge-neralis, & Definidores Ordinis tan-tum eligan-tur.